



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

Poenitentia falsa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

ula essem, & loquax, in iram procliuis, & id
 genus alia, silentio vero inuoluerem libidi-
 nes, & consuetos cum adolescentibus cōgres-
 sus. Tu igitur disce bene confiteri, & nullum
 crimen tacere. Horumque vos commoneo,
 quod ita mihi imperatū sit, cogarq; aliorum
 in exemplum hæc verbis aperire. Iam pulsus
 ad salutandam Deiparam Virginem audieba-
 tur: defuncta mox in angulum quendam sece-
 dit & euanescit. angelus vero (angelum enim
 fuisse quem viderat puerū credebat famula)
 abire ad suos famulam iubet, quod & fecit.

POENITENTIA FALSA PV-
 nitur.

DElrius refert ex c. 35. lib. 10. mirac. Cas-
 dri piscatorem fuisse in episcopatu Tra-
 lectēsi, qui cum quadam fœmina multo tem-
 pore fuerat fornicatus. Et quia eius peccatum
 nimis erat notorium, tempore quodam in
 Synodo imminente accusari timens, statim ad
 sacerdotem veniens magis, vt post patuit, ti-
 more pœnæ, quam amore iustitiæ, peccatum
 confessus est, consilium quæsiuit & inuenit: si
 habes (inquit sacerdos) firmum propositum
 nunquam peccandi cum illa, candens ferrum
 secure poteris portare, ipsumque peccatum
 negare. Spero autem quod virtus confessionis
 liberabit te. Quod ita factum est cunctis stu-
 pentibus quibus factum innotuerat. Læsus
 tum ab igne non fuit, sed cum postea peccati

Dd 3 ite-

NB.

iterandi in recidiam voluntatem incidit
& gloriaretur se non magis adustum fuisse
ferro illo candenti, quam ab aqua fluminis
quo tum nauigabat, aquamq; manu hauriens
candentis vicem egit aqua algida, & manum
aduffit pelle tota detracta.

2.

Exod. 8.
v. 10.

Pharao plagis fauientibus montes
pollicebatur, vbi diuina manus cepisset
remissior lababat mutabatq; sententiam
rum puniebatur diuinitus.

INCONSTANS IN POENITENTIA PUNITUR.

Ex litteris
annuis col-
legij Tre-
uirensis P.
Ioan. Boni
facius li. 5.
de sapiente
fructuoso.

NVllius telis humani generis hostis
configitur, vt accusandis apud Saeculum
tem prodendisq; peccatis. Vir erat pius
studijs in primis deditus qui & sacramenta
piebat assidue, & lectitabat libros de
cōscriptos, & vestem cilicinam ad reprehen-
dam contumaciam corporis induebat. *Be-*
emplar deniq; propositū erat ad imitanda
Hicigitur dū in eo totus est vt à susceptis
culis accurata se confessione perpurget
tulit id callidus & inuidia plenus in
Persona viri grauis inducta hortatur
nem, vt mentem illam aut in aliud
reijciat, aut omnino deponat, & in al-
ras vbi viuat hilarius (ciuitates dicebat
ticas) demigret, neque Iesuitis ita se
vt ab eis diuelli non possit. Eos esse